

Mithridatész pontoszi király felesége, Hüpszikrateia

Hypsicratea quoque regina coniugem suum Mitridatem, regem Ponti, effusis caritatis habenis amavit; propter quem praecipuum formae suae decorem in habitum virilem convertere voluptatis loco habuit. Tonsis enim capillis equo se et armis adsuefecit, quo facilius laboribus et periculis eius interesset. Quin etiam victum a Cn. Pompeio per efferatas gentes fugientem animo pariter et corpore infatigabili secuta est. Cuius tanta fides asperarum atque difficilium rerum Mitridati maximum solacium et iucundissimum lenimentum fuit. Cum domo enim et penetibus vagari se credidit, uxore simul exulante.

Sunt et alienigeni amores iusti, obscuritate ignorantiae non obruti, e quibus unum attigisse satis erit.

(Valerius Maximus : Facta et dicta memorabilia IV. 6.)

effusis caritatis habenis „szabadon engedve érzelmét”, „féktelen szerelemmel”, „határtalan ragaszkodással”

habeo 2 loco + gen. valaminek tart, tekint valamit

propter quem „miatta” (ti. férje miatt)

victum victum eum (Mithridatem)

infatigabilis 2 fáradhatatlan, lankadatlan

cum domo et penetibus abl. societatis

alienigeni amores = alienigenarum amores – „idegenek (nem rómaiak) szerelmei” (Mithridatész a rómaiak ellensége volt!)